Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



fieri? Et intuens illos ait. Apud homines impossibile est:
sed non apud deum. Et cepit eis petrus dicere. Ecce nos di-
mismimus omnia: et secuti sumus te. Respondens ihs ait
Amen dico vobis: nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut
sorores aut matrem aut filios aut agros propter me et propter
ewangelium. qui non accipit centies tantum nunc per hoc
domus et fratres et sorores et matres et patres et filios et agros
cum persecutionib: et in seculo futuro vitam eternam Off. Con-
fitebuntur celi mirabilia tua dne et veritatem tuam in ecclesia sanctorum Alla alla
Secret. Hanc qs dne oblationem pro omnium oratione tecum ayar
a ewangelistis oblatam benignus intuere et prestante ut nomen tuum
ad gloriam et nobis proficiat ad medelam Prefatio de apostolis
Comm. Letabitur iustus in dno et sperabit in eo et laudabuntur omnes recto corde
Compl. Pasta cibo spiritalis alimonie qs dne deus noster: ut
quod ministerio frequentamus intercedente beato marco ewange-
lista atque pontifice. plenae virtute consequamur. Per dn
Viri galilei quid admiramini aspicientes Iudie ascensionis dni
tes in celum alla quem admodum vidistis eum ascendentem in celum
ita veniet alla alla alla ps. Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo
in voce exultationis Oratio Concede quesumus omnipotens deus: ut
qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos
ascendisse credimus: ipsi quoque in celestibus habitemus
Dominum quidem seruorum fecit Lectio actuum apostolorum Pe
de omnibus theophile: quae cepit ihs facere et docere usque
in diem qua mandans apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus
est. Quibus et praebuit seipsum vivum post passionem suam in
multis argumentis per dies quadraginta apparens eis et lo-
quens de regno dei. Et conuescens praecepit eis ab hierosolimis
ne discederent sed expectarent promissionem patris quam au-
distis inquit per me. quia iohannes quidem baptizavit
aqua vos autem baptizabimini spiritu sancto. non post multos
hos dies. Igitur qui conuenerant: interrogabant eum dicentes